vere; Deum nimirum hoc modo placatum iri, et amplam domum justitiae cultu fortunatam restituendam, nullis perturbationibus obnoxiam. Hinc discant omnes religionis studiosi manè simul ac evigilaverint quam celerimè ad Deum confugere, atque ad illum mentem suam attollere. De justo enim eximia est illa commendatio, quod cor suum tradit ad vigilandum diluculo, ad Dominum qui fecit illum, Eccli. 59, 6. Ita Salomon laude et prædicatione illum prosequitur, qui ad sapientiam de luce vigilaverit; in Graeco est ἐφύλαξεν, qui manaverit, qui summo manè, primâ luce, subito à somno aciem mentis et promptam animi voluntatem ad parentem suum Deum adiecit. Certè illud est pium omnium, diluculo consurgere ad Deum. De qua consuetudine est idoneus testis, et omni exceptione major, divino afflatu pangens odas suas David : *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo*, Psal. 62, 4; scilicet enim quietis solutionem et primum illud diei auspiciu magis esse momenti ad felicem rerum omnium cursum, quae deinde consequuntur, ut dixisse mihi bellè et peritè videatur Hesiodus, « auroram operis tertiam sortiri partem; » quasi plurimum jam in negotiis processisse putandam sit qui benè incepit. Debeni igitur Christiani omnes statim atque evigilant mentem attollere ad potentissimum rerum omnium Dominum adorandum, à quo nobis vita, spiritus, salus, omnia; et singulari demissione se suaque illius sanctissimæ et augustæ voluntati subicere. Nihil enim est convenientius et rationi magis consentaneum, quam ut creatura in suum artificem, radius in solem, stilla in oceanum, effectus in causam feratur, et non prius lux solis aut lucerna oculos quam lumen pie devotionis mentem illustret. Illud adèo vi naturæ cognitum fuit, ut profani etiam auctores faciendum esse monuerint. Unde est aureum præceptum Hesiodi in operibus, *venerandum esse Numen*, *Et quando cubitum teris, et quando sacra lux venerit*. Quem versum profani quidem poetae, sed vera tamen divinitus canentes, velut consecrat in opere suo variegato Clemens Alexandrinus, lib. 2 Stromatum. Fuit enim illa communis Ethnicorum opinio, manè Deos esse placabiles, et maxime in tribuendo benignos, et proinde adhibita modulatione illos veluti excitabant à somno et quiete, ut promptè ad sua dona largienda et benè faciendum accurrerent : quam in rem solennes excitationes habuerunt, ut vespere dormitum condonet. (Synopsis.) *על' עמך* quidam exponunt : *Excitabit super te*, scil. bonum, seu bonitatem suam, deum te bonis afficiet. Rectius alii : *Vigilabit, evigilabit, ad te*, tibi, qui nunc sopitus tibi dormire videatur. *Dies, propter potius scribendum fuisse*. Scrupulo levando serviet *על' media Job*, cujus clarum vestigium Mos. 4, 7, in *עבדך*, à vigilando, neonem in formâ participii *עבדך*, *evigilans*. (A. Schultens.) Ceterum eadem penè loquendi formula existit Jerem. 51, 28, nisi quod ibi verbum *עבדך* cum *על'* constructum usurpatur. *עבדך* *נתיבך* et *pacabit*, pacatum ac felix reddet, *habitaculum rectitudinis tuae*, i. e., in quo rectè et iuste te geres, quod ad te rectum et pium pertinebit, et in quo omnia honestè, rectè, ex lege, æquo et bono fiunt. Conf. Jerem. 51, 25, 50, 7. *Suffragium* respicit ad nomen regens, ut Exod. 15, 15, Isa. 20, 10, Ps. 15, 4, Dan, 9, 21. (Rosenmuller.)

6 S. XIII.

omnes potius incredibili genere benevolentiae, nosque excitet, ut in ejus sinum confugiamus. Animadvertunt enim sancti Patres divini amoris magnitudinem in hominibus excitandis, quod statim ut elucet rationis vis in pueris donum quoddam mirandum imperiti, quo icta mens et voluntas ut à magnetè potentissimo in bonum rapiatur. Id donum S. Diadochus cap. 67, vocat *theologia charissima et factum matutinum gratiae Dei*; Ecclesiastici Auctor, cap. 24, 44, *antelucanum* illuminatum omnibus; magnus Apostolus, Rom. 1, 19, *notam Dei* in omnibus manifestum; Regius vates, Psal. 4, 7, *lumen vultus Dei*. Hoc idem mihi facere quotidie videtur idem bonus omnium parens Deus, ut manè subito atque animus somno solutus est factum illum matutinum inspiret, et ni stultè ac scleratè prohibeamus, dulciter illuminet, ad piei curriculum pie et Christianè inchoandum. Id ipsum Baldad hic non obscure insinuat cum subdit :

SI MUNDUS ET RECTUS INCESSERIS, STATIM EVIGILABIT AD TE. Ubi notandum, quod licet, ut paulo ante dicebamus, nihil à beatâ et felicissimâ mente sit alienum magis et remotum quam iners otium, quam languor, quam inutilis somni abjectio; (semper enim agit et molitur quâpiam illa Numinis benefica providentiâ omnium moderatrix et custos, quæque omnem universitatem curâ et presidio suo complexa est;) in arcana tamen theologiae symbolis divino Numini non sine mysterio sacrum quendam pium et ex eo evigilationem attribui, de vultu pulchrè S. Dionysius mystagogus subtilissimus in epistola 9, quæ est ad Caium, ait « divinum quidem somnum esse id quod in Deo arcana est, et incommunicabilis rebus his quæ providentiâ gubernantur; evigilationem verò esse ipsius providentiæ attentionem circa eos qui disciplinae vel salutis indigi sunt. » Somnum itaque Deo tribuit ut sibi ipsi vacet, se contemplatur ipsum, seipso perfruit; sub hac quippe ratione concipitur à nobis se supra res universas attollens, seque intra se velut condens aut colligens quidam saporis similitudine. At evigilationem eidem adscribit, ut res creatas administrat, omnia perlustans, omnia fortiter suaviterque disponens. Quod sanè discrimen luculenter expressit David in hæc verba, Psal. 45, 24 : *Excurge, quare, obdormis Domine?* etc. Postulabat nimirum opem et auxilium, rerumque suarum defensionem et promotionem, ad quam cupit Deum exurgere somno solvi, ac si obdormiret dum nos nobis derelinquit, dum, velut sibi duntaxat intentus, minime aliis favet. Sensus ergo Baldadi est, q. d. : Ne cadas animo, mi Job, quod te Deus justus abiecerit, et tanquam dormians te nihil curare videatur; rependit nempe tibi quod tuum est, pro crimine penam; attamen bono animo esto, non enim tecum adeo acerbe ac cum liberis tuis agere decrevit; illos vide licet in astu peccati corrupti, tibi verò, ut cernis, vitæ tempus inlulsit, si fortè ad meliorem mentem revertaris; ægredum igitur, culpam peccatorè deprecare, et horis matutinis, quæ precibus altissima sunt, Dei clementiam implora, experimentoque discas Omnipot-

25



et ob eam rem non possumus per nos multam rerum scientiam comparare. Fit enim scientia præsertim de officiis, experientia, ut docet Aristoteles lib. 2 Metaphysicorum; requirit autem experientia longum rerum usum. Quocirca debemus in majorum nostrorum doctrinâ versari, ut docti simus, et ut ex multorum hominum experientia scientia constet. Eodem argumento cum Baldado docet in principio Aphorismorum Hippocrates artem esse difficilem, quoniam *vita brevis, ars verò longa*. Hinc narratur Theophrastus animam agens naturam accusasse, quod corvis ac cervis alisque nonnullis animalibus, que ad partem et ventrem prona finit, tam diuturnam ætatem dederit, homini verò ad intelligendum et ægendum nato vitam dederit tam angustiis limitibus circumscriptam, ut non posset omnibus perfectis artibus et doctrinâ erudiri. *Hesterni quippe sumus*, inquit Baldad, id est, nuper nati, novi et recentes, more scilicet Hebræorum, *sicut hodiè præsens, ita heri nuper præteritum, nudius tertius verò aliquandiu præteritum tempus significat*. Sic ait Apostolus: *Jesus Christus heri et hodiè, ipse et in secula*, Heb. 15, 8, pro eo quod est nunc, et ante, et semper. Sicut ex profanis Terentius in Eunucho habet: *O populares, æquis me vivit hodiè fortunator!* et Cicero in Orat. pro domo suâ: *Hodiè que Volaterrani non modò cives, sed etiam optinè cives fruantur nobiscum hæc civitate.* *Heri verò et nudius tertius*, dum simul conjunguntur, proverbialem continent hyperbolem, tempus nuper actum significantem, non solum in sacro Codice pluribus locis, ut Exodi 4, vers. 10; 2 Regum 5, vers. 2, et aliis, sed etiam apud Græcos, Platonem et Plutarchum, γῆς καὶ πρῶτον. Unde cum tam recentes simus, consequens est ut multa ignoremus, exiguum scientiam et modicum rerum experientiam habentes. Nam, ut postea Job dicit, cap. 12, 12, *in antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia*.

Porrò sicut *hesternus dies* jam præterite ac elapsæ vite, sic *umbra* luxur futuræ adventantisque denotat breviter, ut ex aliis Scripturæ locis colligere facile est. Ita postquam rex David orando dixerat, 1 Paralip. 29, 15: *Peregrini enim sumus coram te et advena sicut omnes patres nostri*, statim addit iisdem quibus hæc verbis: *Dies nostri quasi umbra super terram, et nulla est mora, juxta Hebraicum textum, nulla est expectatio*. Similiter postquam per futurum dixerat impii, Sap. 2, 5: *Nemo memoriam habebit operum nostrorum*, mox subjungunt: *umbra enim esse contentos rerum nostri temporis cognitione, sed insuper inquirere ex historicis, etc., quæ præcis temporibus acta sunt, etc.* Sed alterum sensum malo, quia emphaticè dicit: *Nos heri sumus, etc.*, quasi inuat majores scientiâ, etc., præcelluisse. Vel ut *umbra*, quæ plena est vanitatis, etc. Sic ait: *Ut umbra, j. e., etiam quo tempore vivimus in tenebris agimus; sic alios consilere opus etc.* Porrò, *vita diesque nostri umbra* conferuntur Psal. 102, 12, et 109, 25. Hinc homo Pindaro *καὶς ὄναξ, umbra somnium*; et Sophocli *καταὶ ὄναξ, fumi umbra*, et Æschylo *ὄναξ ὄναξ, umbra imago, aut idolum*.

*SUPER TERRAM*, id est, dum sumus in terrâ, h. e., hæc valle miseriarum. (Synopsis.)

*transiit est tempus nostrum, et non est reverso fuit nostri*. Notum satis est quàm vana, fluxa et brevis sit umbra; talis humana vita significatur. Hinc Job infra cap. 14, vers. 2, cum dixisset: *Homo brevi vivens tempore*, addit eum fugere sicut umbram, et nunquam in eodem statu permanere. Ubi lege que annotavimus. Eadem umbræ similitudine non raro etiam utitur Psalmista ad eandem vitæ nostræ brevitatem fugacitatemque declarandam, cum ait, Psal. 108, 25: *Sicut umbra cum declinat ablatas sum; quia cum nocturnæ seu vespertinæ umbræ plus spatii occupant, citius tamen dilabuntur, et sunt propiores nihilo. Quo sensu etiam Hesychius apud Agellium ait: Ad ipsam vitæ occasum perveni, et sum umbra jam inclinata atque ad finem propeperanti similis.* Hoc à Davide jam citato vel à filio ejus Salomone transit mutuatus, qui ait, Sap. 2, 6: *Umbra enim transit est tempus nostrum*; et Sap. 5, 9: *Transierunt omnia illa tanquam umbra; quæ est res refuga et fugitiva, nec potest detineri, uti nec ventus, cui ob eandem rationem Job cap. 7, vers. 7, vitam nostram comparavit. Ubi vide que annotavimus.*

Quisquis itaque fugaci huic vite nimium afflictor et adheret, quid aliud quàm ventum stringit et umbram amplectitur, id est, frustratur et inaniter laboro consumitur? Verè pronuntiavit David, Psal. 145, 5: *Homo vanitati similis factus est: dies ejus sicut umbra præteritum*. Theodion vertit *καταὶς*; Symmachus: *ἀναὶ ὄναξ ὄναξ*, id est, *vaporii similis factus est*. Quò S. Jacobus alludere videtur cum ait, cap. 4, 14: *Quid est enim vita vestra? Vapor ad modicum parens; et deinde exterminabitur, q. d.: Tu te fortè aliquid magnus esse putabas atque diuturnum; vapor es, inanisima et levissima res, et quidem ad modicum parens. Quis instabilis eo quod nunquam stat, sed more fluminis rapidi non ad mare, sed ad interitum decurrit? Quid inutilis eo, quod inanibus occupationibus disilentum, sapientissimè sine ullo fructu pertransit? Quid vilis eo, quod in modum vaporis dissipatur, et ad notationem oculi nusquam comparat? Homo reverà vanitati similis factus est, et dies ejus sicut umbra prætereunt; ut sicut nihil vanitate inanius, nihil umbræ instabilius est, ita humanam vitam et inanem et instabilem et brevissimam esse dicamus.*

Hinc nata sunt Proverbia ista tam in sacris quàm profanis auctoribus passim obvia: *Dies umbra*, et *Σαὶς ἰ βίος, vita umbra*, ut *Σαὶς ἰ ἀθάνατος, umbra homo*. Quinimò à Pindaro vocatur homo *καταὶς ὄναξ, umbra somnium*, et à Sophocle *καταὶς ὄναξ, fumi umbra*, et ab Æschylo *ὄναξ ὄναξ, umbra imago aut idolum*. Ad que sine dubio alludit doctissimus Lipsius, dum Epitaphium suum his versibus claudit:

*Humana cuncta fumus, umbra, vanitas,  
Et scenæ imago; et verbo ut absolutum, nihil.*

VERS. 10. — ET IPSI DOCEBUNT TE: LOQUENTUR TIBI, ET DE CORDE SUO PROFERENT ELOQUIA. (1) Hæc ad versum

(1) *וְיִסְּרוּ לְךָ דְבָרֵי לִבָּם* nonne, id est, certè interrogatio asseverat, ut supra, 3, 11, 4, 21, 7, 12,

octavum referuntur, ubi Baldad jusserat Jobum interrogare generationem pristinam, et diligenter illi docebant te, dicunt tibi, sic semper accidisse, ut sequitur. *וְיִסְּרוּ לְךָ דְבָרֵי לִבָּם* et ex corde suo educunt sermones, id est (ut Mercerus rectè exponit), non orantiam, quicquid in buccam venit, tamen, ut tu loquerentur, sed diligenter præmeditata animo et mente cogitata diligentius, et pervestigata deponunt, que ad veritatem hujus rei confirmandam faciunt. Jam verò subjungit, quod illi exploratum habuerant et perscrutum, vetustum, ut verisimile est, carmen recitans inde à v. 11, 19.

Appliquez-vous à rechercher ce qui s'est passé dans les premiers temps, et consultez avec soin les anciens qui nous ont précédés. Baldad fonde sur l'antiquité et sur les exemples le jugement qu'il porte de Job, et les promesses qu'il lui fait, s'il retourne à Dieu sincèrement. Remontez, lui dit-il, jusqu'à la naissance du nouveau monde sorti du déluge. N'est-ce pas à la justice d'un seul homme que l'univers doit son rétablissement? La terre était mondée de crimes. Dieu ne pouvait plus les supporter. Il se repentait même d'avoir créé l'homme; mais sa vengeance confondit-elle le juste avec l'impie, et Noé, au milieu de tant de coupables, ne fut-il pas discerné et conservé par sa justice? Lorsque Dieu voulut consumer par le feu de sa colère des villes abominables, Abraham, dont nous avons l'honneur de descendre, ne lui représenta-t-il pas avec une sainte liberté, qu'il ne convenait pas au juste juge de tous les hommes d'envelopper dans une même punition l'innocent avec le pécheur, et qu'il était au contraire digne de sa bonté de pardonner à la multitude des pécheurs pour un petit nombre de justes? Et Dieu ne l'assura-t-il pas qu'il pardonnerait à cinq villes criminelles, s'il s'y trouvait seulement dix justes? c'est-à-dire un seul dans chacune, outre la famille de Lot, composée de quatre personnes fidèles? Perdez-vous le juste avec l'impie? Non sans doute, vous êtes bien éloigné d'agir de la sorte, de perdre le juste avec l'impie, et de confondre les bons avec les méchants. Cette conduite ne nous convient en aucune sorte; et jureant, comme vous faites, toute la terre, vous ne pourriez exécuter ce tel jugement. Je ne la perdrait point non plus s'il y en a dix. Ce que dit alors Abraham est la base et le fondement immuable de l'idée que nous devons avoir de la justice de Dieu, et de sa providence. Il est contre sa nature de traiter le juste comme l'impie. Il ne saurait punir que celui qui l'a mérité. Au milieu du déluge, et au milieu de l'embarquement, il discerne ceux qui sont hommes tous les traits de sa colère, peut-on douter qu'un tel homme ne soit injuste, et ne le soit plus que tous les autres? Lot, qui s'était séparé d'Abraham, et qui avait imprudemment choisi le fertile pays de Sodome pour sa retraite, fut délivré presque malgré lui de l'incendie qui la consuma, par le ministère de deux anges qui le forcèrent d'en sortir, et qui le prirent par la main pour l'en tirer, tant Dieu est éloigné de confondre le juste avec le coupable, et tant sa vengeance est suspendue, et comme liée par la présence d'un seul juste. Car les anges assurèrent à Lot qu'il ne pourraient rien entreprendre avant qu'il se fût retiré. *Vogant qu'il diffrait toujours, ils le prirent par la main... car le Seigneur voulait le sauver. Hâtez-vous de vous sauver en ce lieu-là, je ne pourrais rien faire jusqu'à ce que vous y soyez entré.* Lorsque la famine contraignit Abraham de se retirer en Egypte, et que Sara, qui passait pour sa sœur, eut été conduite dans le palais de Pharaon, ce prince, avec toute sa maison, fut tourmenté par de cruelles douleurs, qui l'obligèrent à renvoyer une épouse chaste à un homme visiblement protégé de Dieu, et dont la justice, par une telle protection, était rendue évidente. *Mais le Seigneur frappa de très grandes plaies Pharaon et sa maison, à cause de Sara, femme d'A-*

vestigare Patrum memoriam; id est priorum temporum annales et historias pervolvere, ut ex eis earum

bram, Abimelech, roi de Gérara, étant tombé dans la même faute, par une semblable erreur de fait, que le non de Sara rendait excusable, vit en songe le Dieu d'Abraham, qui le menaçait d'une prompte mort, s'il diffrait de rendre à son prophète la femme qu'il lui avait enlevée, sans connaître ce qu'elle lui était, et qui lui déclara que sa faute, quoique involontaire, ne lui serait pardonnée qu'après que son serviteur lui aurait obtenu cette grâce par ses prières. *Mais Dieu pendant la nuit apparut en songe à Abimelech (roi de Gérara), et lui dit: Vous serez puni de mort à cause de la femme que vous avez enlevée... Rendez-la à son mari; c'est un vœu que j'ai prié pour vous, et vous vires. C'est ainsi que dans tous les temps et dans toutes les occasions, Dieu a rendu témoignage à la vertu de ceux qui en avaient une sincère; qu'il a pris leur défense contre les rois; qu'il a puni tous ceux qui ont osé toucher à ses oints et à ses prophètes, et qu'il nous a marqué, par cette continuelle protection sur les justes, quel jugement nous devons porter de ceux qu'il laissait dans l'oppression, et à plus forte raison de ceux qu'il excusait lui-même dans sa colère. Il ne permit pas que personne leur fût mal; il châtia les rois à cause d'eux; et leur dit: Ne touches point à mes chrétiens, et ne faites point ressentir votre malignité à mes prophètes. De tels exemples, que nous trouvons dans tous les siècles, et qui remontent d'âge en âge jusqu'à la première origine de la Religion et du monde, répondent une vive lumière sur des événements dont la cause paraît obscure à ceux à qui tous les temps ne sont pas présents, mais où la main de Dieu et sa justice sont évidentes pour quiconque a bien étudié sa conduite sur les hommes, depuis le premier, qu'il a puni, dès qu'il a été pécheur, et qu'il a traité avec clémence, dès qu'il a été pénitent. Appliquez-vous à rechercher ce qui s'est passé dans les premiers temps, et consultez avec soin les anciens qui nous ont précédés. Car nous ne sommes nés que depuis hier, sans lumière et sans connaissance; parce que les jours où nous vivons sur la terre passent aussi rapidement qu'une ombre. Si nous nous bornions à la seule connaissance que nous pouvons acquérir par notre expérience, et par nos réflexions sur les événements dont nous sommes témoins, quelle idée nous formerions-nous de la divine Providence, et sur quelles règles jugerions-nous de ses desseins? Notre vie, sans comparaison, plus courte que celle de nos premiers aïeux, ne nous découvre qu'un point dans l'histoire générale de la religion. Nous ne sommes, dans un certain sens, que depuis un jour, et dans un moment nous ne serons plus. Nous perdrons tout ce qui nous a précédé, si nous limitons à notre temps les preuves de la sagesse et de la justice de Dieu. Tout ce qu'il a fait pour se manifester aux hommes nous serait inconnu. Nous détacherions une partie d'un admirable tout, où elle ne peut être utilement considérée que par rapport à l'ouvrage entier. Nous renoncions au précieux héritage que nous ont laissé nos pères, en nous contentant d'une religion d'un jour. Nous ignorons les solides fondements de la véritable, et nous ne pourrions remonter avec sûreté jusqu'à son auteur, en laissant entre lui et nous un intervalle qui nous serait inconnu. Nous rendrions inutile le dessein qu'il a eu, en conversant à nos pères avant et après le déluge, une vie très-longue, pour rapprocher des derniers siècles l'histoire vivante des premiers, et nous ressemblerions à ces peuples que la division des langues a jetés dans de profondes ténèbres, en les séparant de la première tige, où la révélation s'est conservée, et en interrompant le canal qui l'a continuée jusqu'à nous. La Religion est fondée sur la vérité, non telle que la seule raison peut conjecturer, mais telle qu'il a plu à Dieu de nous la révéler. Il faut aller jusqu'à lui pour en être*

rerum quas ignorabat, condisceret veritatem. (Historia enim, ut Lullius lib. 2 de Oratore ait, est testis temporum, lux veritatis, vita memoria, nagestra vite, fiantia vetustatis.) Neque enim aliter enim is qui aliquot nos seculis præcesserunt, colloqui possimus quam per Scriptorum monumenta, in certatis, et nous ne pouvons aller jusqu'à lui que par une tradition non interrompue, plus ancienne que l'erreur, et qui puisse convaincre l'erreur, par sa date même et par sa nouveauté. Tout ce qui s'écarte de cette source pure, tout ce qui rompt cette chaîne indivisible, tout ce qui ne peut remonter jusqu'à la première révélation, par une succession de maîtres et de disciples, est non seulement suspect, mais vaincu de faiblesse, et l'on est dispensé de l'examiner des qu'il est clair qu'il ne conserve ni le langage, ni la doctrine de nos pères.

En effet, que peut savoir un homme né depuis hier, et qui demain ne sera pas? Où puiserait-il la vérité en renonçant à la source de la révélation? Quel maître aurait-il en méprisant ceux que Dieu même a instruits? Et faudrait-il une autre preuve de son égarement, que de le voir marcher sans guide sur la simple parole de son orgueil? *Nous ne sommes nés que depuis hier, sans lumière et sans connaissance, parce que les jours où nous vivons passent aussi rapidement que l'ombre. Et nos maîtres nous enseignent; ils nous parlent, et ils nous découvrent les sentiments de leur cœur.* Mais en consultant nos anciens, il ne faut pas conserver des préjugés contraires à leur doctrine, ni désirer qu'ils nous répondent selon nos passions, ni tâcher d'obscurcir leurs décisions par des doutes affectés. Ils sont sincères pour quiconque l'est, ils parlent clairement et sans équivoque à un cœur droit et simple. Ils offrent, sans jalouse, une lumière pure à ceux qui flancent. La mauvaise foi abuse de tout, et le principe de la mauvaise foi est dans l'ingratitude du cœur. Il est mieux de ne pas consulter que de disputer contre ses maîtres. On s'égare sans eux; mais l'erreur est moins contagieuse quand on fait profession de les mépriser, ou qu'on passe même jusqu'à condamner leurs réponses. *Ipsi doceant te; loquentur tibi, et de corde suo profertur eloquia.*

Religion n'est plus par qu'une telle doctrine. La vraie Religion est nécessairement la plus ancienne. L'erreur est nouvelle. On en connaît la naissance et la date. Elle doit son origine à l'invention humaine, à l'ignorance ou au mépris de l'antiquité, à l'indépendance et à l'orgueil. Et les signes les plus certains auxquels on puisse la reconnaître, sont la promesse d'apprendre aux hommes ce que les anciens ont ignoré, et une haine peu dissimulée contre la tradition, qu'elle ne consulte plus, et dont elle se trouve importune.

Mais Baldad, si plein de respect pour l'antiquité, et si fortement attaché à la tradition, ne connaît pas ce qu'elle a de plus essentiel, ni même de plus ancien. La promesse du Libérateur est convertie pour lui d'obscurités. Le juste Abel, immolé à l'envie de son frère, n'est pas capable de lui ouvrir les yeux. Le sacrifice d'Isaac, mis sur l'autel par son père, ne lui fait point faire de réflexions. Ceux qu'il offre lui-même, et qui sont si visiblement la prédiction de la mort du Messie, ne lui ôtent point ses préjugés. Il est, comme les Juifs l'ont été depuis, zélé pour la tradition. Celle qu'il défend, est l'unique qui soit divine. Le salut vient des Juifs. Les autres peuples adoront ce qu'ils ignorent. Mais presque tous les Juifs ont méconnu le Messie que toute la tradition espérait. Et Baldad, qui les représente dans leur attachement à l'ancienne révélation, et dans leur aveuglement, par rapport à celui qui en était le principal objet, ne connaît pas l'innocence de Job, ni le mystère de sa pitié, quoiqu'il regarde l'ancienne tradition comme divine. (Duguet.)

quibus vel ipsorum res fortiter ac prudenter gesta nobis ad imitandum proponuntur, vel ipsimet docto calamo animi sui sensa candidè, sine ullo furo, de corde suo, cum littera non erubescat, ad totius posteritatis institutionem exarantur. Ab initio enim semper fuerunt aliqui, quos Deus multis et magnis cum naturæ tum gratiæ donis atque ornamentis illuminavit, ut essent oracula orbis terrarum, prodidascali humani generis, fidei et morum præceptores, qui divinas revelationes et utiles animi sui commutationes posteritati reliquerunt; sunt illi quidem jam hinc nihilo et vite mortui, et ad præmia perfructu evolaverunt; quorum gustum et suavitatem vivendo præceperant; sed vivunt tamen in doctissimis suis monumentis, et nobiscum versantur; et erudiant omnes qui ad ætates illas divinas animi adjuvant.

Ad istiusmodi itaque multos ac mortuos doctores; qui nudam, ut in se est, veritatem sincerissimè simul ac candidissimè omnibus patefaciunt, Jobum hoc loco Baldad remittere videtur, ut ex eorum disciplina doctior simul et melior evaderet. *Et ipsi, inquit, doceant te, loquentur tibi, et hinc ex ore suo fiantur; sed etiam de corde suo profertur eloquia sapientiæ.* Cor enim; utpote cognitionis et intelligentiæ sedes, ea duntaxat profert que animis præmeditatus fuit (præsertim quando ad utilitatem posterorum scripto quidpiam mandatur); os verò loquitur sæpè tenerè; et à corde dissentiit. Hinc Zenoni Ciliico; apud Lærtium lib. 7, Numen consulenti, quoniam modo in vitam optimum posse evadere, responsum è cordium fuit: *Et εὐχρηστία τῆς ψυχῆς, ἢ ἄνθρωπος ἀπολείπει.* Quod ille, ut erat altè mente præditus, ad legenda veterum monumenta retulit, quod sibi videretur cum illis fructuosissimè scavissimè colloqui, et colorem inducere veluti quemdam mortuorum vite et morum imitatione. S. Augustinus in Psal. 105, scribens eodem refert Davidicum illud oraculum: *Extendens calum sicut pellem*, id est, tanquam membranam, in qua Deus sui notitiam descripsit. Illi enim divinam Scripturam ait intelligi, que extenditur ut pellis animalium mortuorum, quod post mortem Prophetarum, et Apostolorum et heroum aliorum, qui divino instinctu afflati cœlestia nobis documenta dederunt, extenditur in omnem posteritatem; atque ad nos dilatatur, plisque etiam perinat, quam eorum hominum vox in vita patet.

Ex sacrorum sanè librorum lectione mirabiles in omnem partem fructus existunt, qui plurimum unicujusque animi excitare et inflammare debent, ut serio in id studium incumbat, sine quo languet omnium mens et infatuatur. Præclarè S. Augustinus, vel quisquis sub ejus nomine est auctor Questionum novi et veteris Testamenti, quæst. 120: « Tale, inquit, est ingenium nature nostræ, ut torpescat, si usus destitit lectionis; quia sicut ferrum, nisi in usu fuerit, æruginem contrahit, ita et anima, nisi frequenter divinis exerceret lectionibus. » Hanc ob causam S. Diadochus lib. de Perfectione spirituali, cap. 68, vult inornis Deo votos plurimum in sancta-

rum Scripturarum lectione occupari; tum addit: « Neque commentationes virorum disertorum negligamus, quorum fides ex sermone dignoscatur. » Huiusmodi autem libros à divinis hominibus compositos Clemens Alexandrinus lib. 1 Stromatum eleganter vocat *λίθους φάρμακων, oblivionis medicamentum*, quod assidue hominum memoriam exsuscitant ad divina. At S. Dionysius omnino magnificè cap. 1 de Divinis Nominibus *θεωρητὰ ὄρατα, deifica lumina nuncupat τὰς διδασκαλίας τῶν ἁγίων, doctrinas sanctorum*, quod nimirum, ut S. Maximus ibidem exponit, lumen divine proditiæ ab illis sapientiæ paruerint.

Postquam ergo Baldad Jobum ad antiqua scriptorum monumenta investiganda simulasset, assertum suum naturali exemplo iulcire nititur.

VERS. 11. — *NUMQUID VIRERE POTEST SCRIPUS ABSQUE HUMORE? AUT CRESCERE CARECTUM SINE AQUA?* Notat S. Hieronymus in cap. 18 Matthæi familiare esse Syris, et maxime Palæstinis, ad omnem sermonem suum parabolas jungere, ut quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem exemplaque teneatur. Baldad itaque gentis suæ morem servans, ad propositi sui probationem ex rebus corporeis desumptam introduci similitudinem, scripi scilicet et carecti, quæ ad sui conservationem copiosum exigunt humorem, et loca admodum aquosa et palustria requirunt, et per solam humoris et aque subtractionem facillimè, nullà aliâ interveniente causâ, siccantur.

Pro scripo in Hebræo fonte est *שֵׁשׁ גֹּמֶה*, quod Septuaginta *πάρος*; vertunt; que planta frequens est in Ægypto, et in sat magnam molem exrescit, et multiplicem usum habet, ita ut ejus quidem ligna navibus fabricandis apta sint, phylurgæ verò scriptioni pro chartâ subserviant, flores denique ad Deos coronandos, Plinio teste, adhiberi solent, qui lib. 15 naturalis Historiæ, cap. 11: « Papyrus, inquit, nascitur in palustribus Ægypti aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagata stagnant, duo culâta non excedit altitudine gurgulum, brachiali radiis oblique crassitudine, trianguli lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiatum, thrysi modo cacumen includens; semine nullo, tant usi ejus alio quam floribus ad Deos coronandos. » Radicibus incolæ pro ligno utuntur, nec ignis tantùm gratiâ, sed ad alia quoque utensilia vasorum. Ex ipso quidem papyro naviga texitur, et à libro et vela tegetesque, nec non et vestem, etiam stragulam, ac funes. Mandant quoque erudum decoctum, que succum tantum devorant. Nascentur et in Syria ac in Euphrate circa Babylonem. » Sic ille. Quod autem papyrus nascatur in palustribus Ægypti, vel in aquis Nili stagnantibus; etiam Poetis notum est. Quod spectat illud Ovidii lib. 15 Metamorphosèon:

*Perque papyrifert septemfluvium flumina Nili.*  
Eodemque alludit Lucanus lib. 4:  
..... *Cùm tenet omnia Nilus,*  
*Conservat bêtula Memphis cymba papyro.*

Item Martialis lib. 13:

*Perditè Nilicis, Misa, mea damna papyrus.*  
Sed hæc sacratius Isidore oraculum audiamus, quod de fluminibus Æthiopiæ Meridionatæ, que propè Ægyptum est, alluentibus ita loquitur: *Ve terra cymbalo alarum, que est trans flumina Æthiopiæ; que mittit in mare legatos et in vastis pappi super aquas, Isidore 18, 1.*

Istiusmodi ergo scripo seu papyro Jobum, et carecto, id est, loco caribibus sui junctis consito, Jobi filios comparat, quorum ille quidem defectu humoris gratiæ divinæ, ut Baldad tenerè suspicabat, virorem illum terrena felicitatis, quo non ita pridem flouerat, penitus amiserit; illi verò aquis divitiæ benedictionis in medio prosperitatis cursu desitituti ulterius crescere non valuerint, sed subitâ domus ruinâ oppressi miserè interierint. Est enim scripus et carex symbolum humana fragilitatis, simul et felicitatis, quam utriusque viriditas adombrat. Humor autem, quo lujusmodi scripus augetur et viret, Deus est, seu gratia divina, quæ cum à Joli filiis, ut Baldad perperam argumentatur, abesset, statim aruerat ac defecerat. Neque aliam causam esse putat, cur Jobus nunc proximus sit interitui, nisi quod ab eo Deus procul abesset; qui fuciatam odit sanctitatem, qualem in Jobo lacenus visus criminatur; quamobrem ipsum hortatur, ut ad Deum vere atque ex animo convertatur, à quo solo ad pristinum statum reduci, et antiquum robur ac vigorem recuperare possit, quod si fecerit, et per veram penitentiam ad Deum reversus fuerit, spondet omnino fore ut, sicut superius versu quinto et sexto indicavit, longè uberius quam ante divina benedictionis rore pertundatur, et fiat tanquam liguum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, Psal. 1, 3. Dummodo quippe divinis fluentis proximè assistat, quodcumque demum lignum fuerit, quantumvis aridum et siccum; in flores et in fructus aletur immortales. Siquidem totâ justî felicitas ab adjunctis gratiæ aquis oritur; quibus cum careat impius penitus exarescit, et tandem excinditur, et in ignem mittitur. Sed postquam quis exaruit, unde poterit sibi denouo acquirere viriditatem? sanè ab adjunctis lacrymarum aquis, quibus homo reparatur ad vitam æternam; et tunc aridus omnino fuerit, penitentiæ lacrymis perfusus virorem gratiæ recuperabit, et justitiæ fructus uberrimos germinabit. Quod enim præstabat vitalis olim fons in paradiso voluptatis, hoc in terrâ peccati modo præstat aqua vere penitentiæ; que vel aridissimos quoque truncos repulverat facit, et in arboribus fructiferas commutat; ad illam elegantî planè stylo adhortans Tertullianus lib. de Penitentia: « Rape, inquit, occasionem inopinata felicitatis, ut ille ta, nihil quondam pens Deum nisi stulla stultæ, et aræe pulvis, et vasculum figuli, arbor exinde fias illa, quæ penes aquas fertur, et in foliis perennat, et in tempore suo fructus agit, que non ignem, non secum curam videbit. » Ecce tibi quom inopinatâ felicitas à